

jure canonico difficultatem patitur, modo non expresse ad turpem causam credita ipsi sit pecunia, & desuper dolose exactum juramentum; Stryk. loc. mox cit. §. 15. & ex professo Gothofred. de pena Sen. Cons. Ma-

cedon. sect. 8. aphoris. 8. De mutuo publico, quod ex publica necessitate exigit Princeps a civibus, reluctantes ad ipsum compellendo, vide Martin. Dautell. de mutuo publico. §.

dendi legum potestatem: cum in regno Hispaniæ hac expresse careant, & penes suos Catholicos Monarchas præcise visceribus inhæreat (1), videtur inde, quod si creditum mutuum in civitatis utilitatem versum esse haud probetur, hanc non teneri (2).

Marè magnum efficeret, si de obligationibus rempublicam concernentibus sigillatim pertractaretur: tamen supra relatus civitatis conceptus aliquam claritatem inducet: si cives ut tales, sine consideratione ad civitatis bona mutuum aliquam quantitatem omnes in unum conventi, acceperint, orietur ex parte omnium obligatio, adeò ut nulla versus civitatem, vel quorumlibet oppidorum bona responsabilitas competat: immo ab accipientibus veniet satisfactio faciendi, etiamsi in publicam utilitatem relata quantitas fuisset expensa (3). Nullum enim, inter cives ad sic contrahep dum impedimentum subest dummodo recepta inter volentes interveniat obligatio (4): at verò si hæc præcise dirigatur, ut ex propriis bonis civitatis aut oppidi mutandi solvatur, nullum producat effectum, utpote necessarie assensus vulgò del Intendente de la Provincia ad centum regalium distributionem prærequiritur (5), & si majori summa indigeret, intervenienda erit Supremi Consilii facultas. (Circ. ultima verba vid. Reg. Decretum 16. Novemb. anni 1786. in quo nova datur forma ad negotiorum vulgò de Propios y Arbitrios del Reyno expeditionem).

(1) L. 12. tit. 1. p. 1. Emperador, ó Rey puede hacer leyes sobre las gentes de su señorío: é otro ninguno non ha poder de las hacer en lo temporal: fueras ende si las ficieren con otorgamiento dellos, é las que de otra manera fueren hechas, no han nome, ni fuerza de leyes, ni deben valer en ningun tiempo.

(2) L. 3. tit. 1. p. 5. Ibi: E por que podria acacerer que los omes duddarian en qué manera podria ser probado lo que diximos, si el empréstito entró en pro de aquel en cuyo nome fuese fecho, decimos, que si pudiere probar el que lo prestó á la Iglesia, ó á alguno que lo rescibió en nome del Rey ó de alguna cibdad ó villa, que en aquella sazón que gelo prestó era en tan gran premia, é que entró en su pro, que vale tal prueba para cobrar la cosa que fuese prestada.

(3) Ord. Circul. sub numer. 13. collection. decret. vulg. de Propios y Arbitrios. Habiendo entendido el Consejo que los Propios de muchos pueblos del reyno non estan gravados con diferentes censos, impuestos á nombre de algunos vecinos particulares, sin la correspondiente facultad, y deseando ocurrir al remedio de los daños y perjuicios que ha ocasionado este indebido procedimiento: Ha resuelto por decreto de primero del corriente, se prevenga á las Justicias de todos los pueblos comprehendidos en esa provincia, que los censos que se impongan desde ahora en adelante sin real facultad, en nombre de vecinos particulares contra los caudales públicos, y que pertenezcan á su comun, haciendolos en realidad responsables á la satisfaccion de sus réditos, se excluirán absolutamente sus capitales y los dichos réditos de las cuentas de Propios de ellos; y que no se permitirá repartir de modo alguno su importe entre los vecinos, aunque dichos capitales se hayan convertido en su comun beneficio, y lo justifiquen plenamente, porque han de ser responsables á su satisfaccion los que hayan acordado su imposicion solamente, y no los Propios, ni otros algunos caudales públicos, y que para su inteligencia y cumplimiento comuniquen V. S. á las Justicias de los mencionados Pueblos esta resolucion por

veredas, quando ocurra otro motivo: lo que de orden del Consejo participo á V. S. para que disponga la execucion y cumplimiento de quanto se manda, dandome aviso del recibo de esta.

(4) Aut. acord. 24. tit. 2. lib. 3. Habiéndose visto en el Consejo las dos representaciones, sobre que se dé permiso: para conceder facultades y arbitrios á los Pueblos: para hacer un repartimiento entre sus vecinos de un oncenò de los frutos que producirán sus tierras, para poder satisfacer los censos que contra si tienen, ha acordado que la concesion de arbitrios, empeños de propios, enagenaciones, cargas de censos, y demas arbitrios semejantes, es tan inseparable de la regalía de S. M. que ni el Consejo sin preceder la Consulta ordinaria del Viernes á S. M. puede conceder semejantes facultades: en quanto al repartimiento que pretende hacerse: conviniendo en él todos los vecinos, y siendo de sus propios frutos, no necesitan de licencia para executar lo que conviniere; con la advertencia, de que á los que no conviniere en el arbitrio, no se les pueda obligar por los que le consintieren, pues solo se puede hacer inter volentes, por que para obligar á todos, aunque no consientan, es preciso preceda facultad real.

(5) Instrucl. in Collect. Decret. vulg. de Propios y Arbitrios, cap. 10. Si ocurrere al Pueblo algun gasto extraordinario, no le ha de hacer sin representarlo al Intendente, quien siempre que reconozca que es indispensable, dará permiso para executar lo, no excediendo de cien reales: pero si fuere de mayor cantidad, lo representará al Consejo, y esperará al Pueblo para que se arregle á ella. Adicion. En los Reglamentos que se forman y comunican á los Pueblos por medio de los Intendentes, se señala aquella cantidad que parece correspondiente, con respecto á las circunstancias y fondo de cada uno, para que puedan atender á los gastos que expresa este capitulo: y está prevenido, que sino alcanzase la quota que se señala, lo representen los Pueblos por su medio con la debida justificacion, acreditando al mismo tiempo haberse consumido la citada dotacion en los fines de su destino.

N.

NAUFRAGIUM, NAUFRAGANTES.

SUMMARIUM.

- 1 **P**er naufragium quid intelligatur.
- 2 Naufragantium bona remanent adhuc de jure suorum Dominorum.
- 3 Sic etiam de jure suorum dominorum remanent adhuc bona illa, que in naufragii periculo conjiciuntur in mare.
- 4 Hinc talia bona post naufragium reperientes in litore maris, aut fluminis, seu ea piscantes in mari, vel flumine, tenentur restituere domino.
- 5 Immo qui talia bona non restituit domino, quadruplo tenetur.
- 6 Quinimò ea ratione retinent, & non restituunt, publicatione bonorum multatur.
- 7 Unde si que esset alia lex, aut consuetudo talia bona non restituenda, tamquam injusta esset deserenda, & abroganda.
- 8 Hinc naufragantium bona inventa sibi assumentes, excommunicati sunt.
- 9 Excommunicationem etiam incurunt accipientes scienter bona ab iis, qui naufragantium bona acceperunt.
- 10 Nec refert, quod ea bona dominus nunquam fortan recuperaturus fuisset, nisi talis piscator v. gr. aut ereptor magna industria, labore, & periculo vitæ, ea recuperasset.
- 11 Potest tamen talis piscator, aut ereptor compensationem laboris, ac periculi sui debite æstimatum jure exigere.
- 12 Unde naufragii tempore, qui vocati à Patronis navium, seu barcharum, auxilium eis ad bonorum preservationem præstiterint in portibus, & ripis ditioni Pape subiectis, lucrantur quartam partem bonorum præservatorum, aut accceptorum.
- 13 Et insuper consequuntur Indulgentiam decem annorum, & totidem quadragenarum.
- 14 Et è contra non dantes auxilium naufragantibus incurunt crimen læsæ Majestatis.
- 15 Qui Christianos naufragia patientes rebus suis spoliare præsumunt, incurunt excommunicationem.
- 16 Item excommunicationem incurunt, qui Christianos navigantes rebus suis spoliant.
- 17 Si, ut à periculo naufragii liberetur navis onusta mercibus plurium mercatorum, projectæ sint in mare merces aliquorum dumtaxat ex illis, tenentur omnes pro sua parte aque reparare, vel compensare iudicio viri periti damna eorum.
- 18 Mercatores, quorum merces præservata sunt à naufragio ob exonerationem navis factam per projectionem mercium aliorum in mare, debent contribuere juxta valorem, & pretium suarum mercium sine respectu, aut ad gravitatem, aut ad majus, vel minus spatium, quod occupant.
- 19 Si autem dominus navis, sæviante tempestate, anchoras, aut alias navis partes miserit, non tenentur mercatores talem jacturam ei compensare.
- 20 Si verò vectorem voluntate, & utilitate ad evitandum naufragium talis navis partes projectæ sint in mare, tunc à dicitis vectoribus, seu mercatoribus debet ei fieri compensatio.
- 21 Item compensatio fieri debet etiam mercatori illi, cuius merces ratione jactus aliarum in mare deterior factæ sunt.
- 22 Si autem damnum secutum in suis mercibus prop-

ter talem jactum sit minus ea portione, quam pro sua parte conferre deberet, debet reliquum conferre, & ita è contra.

23 Si tamen damnum in suis mercibus non sit secutum propter talem jactum, sed ex alia causa, tunc debet conferre secundum pretium præsens suarum mercium.

24 Si navis à pirata capta magna aliqua pretii summa redimatur, tenentur omnes concurrere ad solvendam illam summam pro ratione rerum, quas servaverunt.

25 Si autem pirata, seu prædo à dicta navis abstulerit solas merces unius ex dicitis mercatoribus, ipse solus damnum sustinere tenetur.

26 Addit. inseruntur.

**P**er naufragium intelligitur navis, aut cujuslibet navis vigili maris, lacus, aut flumina emittentis jactura, sive in rupes elidat, sive aquis absorbeatur cum nautis, ac mercibus omnibus, aut sola parte illarum.

Naufragantium bona remanent adhuc de jure suorum dominorum; leg. Pomponius 44. de acquirendo rerum dominio, ubi expresse dicitur: Si naufragio quid amissum sit, non statim nostrum esse desinere. Sic etiam de jure suorum dominorum adhuc remanent bona illa, que in naufragii periculo conjiciuntur in mare; insti. lib. 2. tit. 1. §. 48. ibi: "Alia sane causa est maliarum rerum, que in tempestate levandæ navis causæ ejiciuntur; hæc enim dominorum permanent; quia palam est, eas non eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quo magis cum ipsa navis periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari lucrando animo abstulerit, furtum committit." leg. Interdum 21. ff. de acquirenda, vel amittenda possessione §. 1. ibi: "Quod si ex naufragio expulsus est, usucapi non potest, quoniam non est in derelicto, sed in perditio; & ibidem §. 2. Idem juris esse existimo in his rebus, quæ jactæ sunt, quoniam non potest videri id pro derelicto habitum, quod salutis causa interim dimissum est." & concordant leg. Si laborante 2. §. 8. ff. de lege Rhodia, & leg. Qui levandæ 8. ff. eodem.

Hinc talia bona post naufragium reperientes in litore maris, aut fluminis, seu ea piscantes in mari, vel flumine, tenentur restituere domino; leg. Navigia cod. de furtis, & S. Pius V. constit. 7. incip. Cum nobis: Immo qui dicta bona non restituit domino, quadruplo tenetur; leg. Pompon. 44. ff. de acquirendo rerum dominio. Quinimò ea retinent, & non restituunt publicatione omnium bonorum multatur; cit. leg. Navigia cod. de furtis, & expresse Julius II. constitut. 20. incip. Romanus Pontifex: Unde si que esset alia lex, aut consuetudo talia bona non restituenda, tamquam injusta esset deserenda, & abroganda; cit. leg. Navigia cod. de furtis, & Julius II. cit. constitut. incip. Romanus Pontifex: ibi: "Nos considerantes, tam civili, quam canonica lege licere unicuique naufragium suum impune colligere, ac jacta in mari, alleviandi onera causa, recuperare, illaque diripientes, furtum committere, ac graviter delinquere: ac Christianos naufragium patientes rebus suis spoliandinem prædictam, tam puniri; & propterea consuetudinem prædictam, tamquam contra Regulam fidei, qua unus alteri auxilium esse tenetur, merito corruptelam appellari, minime esse suffragari debere cujuscumque temporis cursu mutavit consuetudinem capiendi, & reinendi bona per naufragium, vel jactum, levandæ navis gratia, aut

alia urgente necessitate factum, nulli in iudicio, vel extra illud suffragari debere, auctoritate Apostolica tenore presentium decernimus, & declaramus. Quod & confirmavit Paulus III. const. 42. incip. Accepimus: (Consonant leg. 1. tit. 25. lib. 4. Fori Reg. 3. tit. 12. lib. 6. Ord. Reg. 9. tit. 10. lib. 7. Recop. Cast. & 7. tit. 9. p. 5.)

8 Hinc naufragantium bona inventa sibi assumptes excommunicati sunt. Excommunicationem etiam incurrit accipientes scienter bona ab iis, qui naufragantium bona acceperunt. Gregorius XIII. constit. 81. incip. Consequenter:

10 Nec refert, quod ea bona dominus nunquam forsitan recuperaturus fuisset, nisi talis v. gr. piscator, aut erector magna industria, labore, & periculo vitæ ea piscasset, aut eripisset; leg. Pomponius 44. ff. de acquirendo rerum dominio, ubi dicitur, quod quælibet res nostra quantumcumque periclitetur, manet nostra, quamdiu non est consumpta. Et sic tenet quoad omnes suprapositas conclusiones communis Doctorum; qui tamen dicunt quoad hanc ultimam, posse talem piscatorem, seu erectorem, compensationem laboris, ac periculi sui debite æstimatam iure exigere, quia domini negotium utilissime gesserunt; leg. Navis 4. ff. de lege Rhodia.

12 Unde naufragii tempore, qui vocati à Patronis navium, vel barcharum, auxilium eis ad bonorum præservationem, vel recuperationem præstiterint in portibus, & ripis ditioni Papæ subiectis, lucrantur quartam partem bonorum præservatorum, aut acceptorum; Paulus III. const. 42. incip. Accepimus: Et insuper consequuntur Indulgentiam decem annorum, & totidem quadragenarum; Julius II. const. 20. incip. Romanus Pontifex, & S. Pius V. constit. 7. incip. Cum nobis: Et è contra non dantes auxilium naufragantibus in Statu Ecclesiæ incurrunt crimen læsæ Majestatis; S. Pius V. cit. const. 7. incip. Cum nobis: Illi etiam, qui Christianos naufragia patientes, quibus secundum regulam fidei auxilium esse tenentur, damnata cupiditate rebus suis spoliare præsumunt, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se noverint subiacere; sic expresse habetur in cap. Excommunicationi 3. de rapioribus; ubi etiam statuitur, quod excommunicationi subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos pro negotiatione, vel aliis honestis causis navigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt; sic ibi. (Vid. leg. 1. tit. 13. lib. 14. p. 7.)

17 Si, ut à periculo naufragii liberetur navis onusta mercibus plurium mercatorum, projectæ sint in mare merces trium ex dictis mercatoribus, & sic præservata sit navis cum mercibus aliorum, tenentur omnes pro sua parte æque reparare, & compensare iudicio viri periti iacturam, & damna eorum trium, quorum merces pro communi omnium utilitate in mare projectæ sunt, textu expresso in leg. Lege Rhodia ff. de lege Rhodia, ibi: "Lege Rhodia cavetur, ut si servandæ navis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sarciantur, quod pro omnibus datum est, & leg. Si laborante 2. ff. eodem, ibi: "Æquissimum enim est commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum, consecuti sunt, ut merces suas salvas haberent."

18 Mercatores, quorum merces præservate sunt à naufragio ob exonerationem navis factam per projectionem mercium aliorum in mare, debent contribuere juxta valorem, & pretium suarum mercium sine respectu, aut ad gravitatem, aut ad majus, vel minus spatium, quod occupant, sive sint gemmæ, aut margaritæ, & huiusmodi; nam ad pretium, quod in pereundi periculo fuit, & quod servatum fuit, omnino attendendum est, ut expresse statuitur in leg. Si laborante 2. ff. de lege Rhodia §. 2. ibi: "Cum in eadem nave varia mercium genera complures mercatores coegissent, prætereaque multi vectores servi, liberique in ea navigarent, tempestate gravi orta, necessario iactura facta erat; quesita dein de sunt hæc, an omnes iacturam præstare oporteat, & si qui tales merces impulerunt, quibus navis non videretur veluti gemmas, margaritas, & quæ portio præstanda est, & an etiam pro liberis capitibus dari oporteat? & qua actione ea res expediri possit? Pla-

cuti, omnes, quorum interfuisset iacturam fieri, conferre oportere, quia id tributum conservare res debent; itaque dominum etiam navis pro portione obligatum esse; iacturæ summam pro rerum pretio distribui oporteat; corporum liberorum ætimationem nullam fieri posse. Ex conducto dominos rerum amissuram cum navata, id est, cum Magistro, acturos."

19 Si autem dominus navis, sævientem tempestate, anchoras, aut alias navis partes amiserit, non tenentur mercatores domini mercium inibi existentium talem iacturam ei compensare; textu expresso in cit. leg. Si laborante §. 1. ibi: "Si conservatis mercibus deterior facta sit navis, aut si aliquid exarumaverit, nulla faciendæ est collatio, quia dissimilis eorum rerum causa sit, quæ navis gratia parentur, & earum, pro quibus mercedem aliquis acceperit; nam est incudem, aut malleum fregit, non imputaretur ei, qui locaverit opus." Si verò vectorum voluntate, & utilitate ad evitandum naufragium tales navis partes projectæ sint in mare, tunc à dictis vectoribus debet ei fieri compensatio, textu expresso in cit. leg. Si laborante §. 1. in fin. ibi: "Sed si voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimentum factum sit, hoc ipsum sarciri oportet, & leg. Cum arbor 3. ff. eodem de lege Rhodia, ibi: "Cum arbor, aut aliud navis instrumentum, removendi communis periculi causa, dejectum est, contributio debetur; & leg. Amissa navis §. 1. ff. eod. ibi: "Arboræ causa, ut navis cum mercibus liberari possit, æquitas contributionis habebit locum."

Item compensatio fieri debet etiam mercatori illi, cuius merces ratione factæ aliarum in mare deteriorer factæ sunt, v. gr. quia propter iactum nudatis suis mercibus damnum secutum est; sic expresse habetur in leg. Navis §. ff. de lege Rhodia in fine, ibi: "Sed hic videndum, num & ipsi conferre oporteat? quid enim interest iactatas res meas amiserim, an nudatas deteriorer habere cœperim? Nam sicut ei, qui perdidit, subvenitur, ita & ei subveniri oportet, qui deteriorer propter iactum res habere cœperit. Hæc ita Papius Pronto respondit." Si autem damnum secutum in suis mercibus propter talem iactum sit minus ea portione, quàm pro sua parte alius conferre deberet, debet reliquum conferre, & ita è contra, ut sic non sit melioris, nec deterioris, sed æqualis conditionis cum aliis; sic expresse in cit. leg. Navis §. 2. circa medium, ibi: "Ad hoc numquid etsi aspergine propter iactum res deteriorer factæ sunt? Sed distinctio subilior adhibenda est, quid plus sit in damno, an in collatione, si v. gr. hæc res viginti fuerint, & collatio quidem facit decem, damnum autem duo, deducto hoc, quod damnum passus est, reliquum conferre debeat. Quod ergo si plus in damno erit, quàm in collatione? Ut puta decem aureis res deteriorer factæ sunt, duo autem collationis sunt? Indubitate utrumque onus pati non debet." Si tamen damnum in suis mercibus non sit secutum propter talem iactum, sed ex alia causa, v. gr. quia merces jacebant in angulo aliquo, ubi aqua penetravit, tunc debet conferre secundum pretium præsens suarum mercium textu expresso in cit. leg. Navis §. 2. ibi: "Cum autem iactus de navi factus est, & alicujus res, quæ in navi remanserunt, deteriorer factæ sunt, videndum an conferre cogendus sit? quia non debet duplici damno onerari, & collationis, & quod res deteriorer factæ sunt. Sed defendendum est, hunc conferre debere prætio præsentem rerum. Itaque v. gr. si vicinum merces duorum fuerint, & alterius aspergine decem esse cœperunt; ille, cuius res integræ sunt, pro viginti confert, hic pro decem... hunc enim conferre debet."

Si navis à Pirata capta, magna aliqua pretii summa redimatur ab uno, vel duobus ex pluribus mercatoribus, qui in ea merces habent, tenentur omnes concurrere ad solvendam illam summam pro ratione rerum, quas servaverunt, textu expresso in cit. leg. Si laborante 2. ff. de Lege Rhodia §. 3. ibi: "Si navis à Piratis redempta sit, Servos, Offitius, Labo, omnes conferre debere ajunt. Si autem Pirata, seu Prado à dicta navi abstulerit solas merces unius ex dictis mercatoribus, ipse solus damnum susinere tenetur, nec alii concurrere debent ad

ad solvendam summam ab ipso expensam pro earumdem suarum mercium redemptione, textu expresso in cit. leg. Si laborante §. 3. ibi: "Quod verò Prædones abstulerint, eum perdere, cuius fuerit, nec conferendum ei, qui suas merces redemerit."

¶ Pertinet hæc lex Rhodia de iactu, qua uti acquisita Romani sunt, & utuntur etiam non omnes populi, quatenus legibus particularibus non sit ei derogatum.

In specie hæc lege caurum est: "Ut si naufragio imminente merces levandæ navis gratia iactæ sint, reliqui socii periculi, quorum res sunt servatæ, in tributum veniant." Hoc porro congruit juri naturæ, quod dicitur, ut omnium contributione sarciantur, quod pro omnibus datum est.

Ut autem vectores reliqui teneantur ad contributionem requiruntur. I. Ut iactus sit factus, & quidem ob justum metum naufragii, de consensu majoris saltem partis navigantium; l. 2. princip. & §. 2. ad leg. Rhod. de iactu. Damnum autem, quod culpa existit, ab auctore damni est rescandendum; in subsidium tamen, si naufragio avertendi causa factus est iactus, locum habet contributio, quatenus damnum passi sumus ab auctore damni servare nequeunt; arg. leg. 19. §. 3. ff. ad leg. Aquil.

II. Ut res iactæ sint amissæ, vel deterioratæ; l. 4. in fin. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Si recuperatæ, cessat æquitas contributionis; leg. 2. §. 7. ff. dicit. tit. Immo, si post contributionem jam factam salvas fuerunt recuperatæ, condici potest quod tributum est; arg. leg. 2. §. 1. de condit. sine causa.

Manet enim domini res facta, quia reprobatum est jus occupandi bona naufragorum, ita ut furti teneatur, qui tales res haud restituit; authent. Navigio C. de Furtis.

III. Ut per iactum navis res ceterorum vectorum sint servatæ. Inde nascitur obligatio ad contributionem quoad omnes res servatas etiam non multum onerantes navim, immo quoad ipsam navim servatam, non quoad cibaria; leg. 2. §. 2. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Quod si factio iactu nihilominus perit navis, nulla fit contributio, sed quod quisque servat, hoc sibi servat quasi ex incendio; leg. 5. princ. & leg. 7. dicit. tit. Ceterum sufficit ad obligationem hac vice navim esse servatam, licet postea alibi emergat; leg. 4. §. 1. ff. dicit. tit.

Concurrentibus hinc omnes contribunt, quorum interitum iactus factum fuisse; leg. 2. §. 2. dicit. tit. adeoque etiam assicuratores, dominus navis, & quorum res amissæ. Contributio autem fit secundum proportionem respectivam, ita tamen ut amissuram, quatenus indicata sunt, æstimatio computetur quantum emptæ sunt, servatarum verò quantum venire possunt; leg. 2. §. 4. dicit. tit. Alicubi verò mores variant. Confer Locen. de Jure maris. lib. 2. cap. 8.

Quod autem mirum est, Romani, qui agnoscent æquitatem contributionis, minime tamen suppeditant formulam agendi, qua damnum passus directo agere queat, sed contra magistrum navis potius agere jubent ex locato, ut is cum reliquis agat ex conducto; leg. 2. princip. ff. dicit. tit. eorumque res donec solverint retineat. Moribus verò directo agi potest cum convectoribus. Adest enim obligatio perfecta ad contribuendum, quod sufficit quum ad formulas actionum non simus adstricti.

Non tamen magister navis convectorum res dimittere debet priusquam facta sit contributio, alioquin tenetur ipse in solidum. Confer Huber. in prælect. hoc tit. §. 7.

Lex Rhodia de iactu ob simile damnum extenditur I. Ad res in navi per iactum deteriorer redditas; arg. leg. 4. ff. hoc tit. Item repositas in scapham levandæ navis ergò, si perierint in ea; arg. dicit. leg. 4. ff. eod.

Quod secus est, quando navis perit, scapha incolumi, arg. dicit. leg. II. Ad solutionem factam piratis, à quibus navis redempta est; item hostibus pro evitando urbis incendio; arg. leg. 2. §. 3. ff. dicit. tit. III. Ad domum publica auctoritate combustam, ut vis hostilis arceretur; lesio enim satisfaciendum est ex publico, arg. leg. 1. ff. dicit. tit. IV. Si incendio urgente dirutum sit ædificium ad servanda vicina ædificia, quatenus servata eadem

sunt, sive certum, sive incertum fuerit perituram fuisse domum dirutam, arg. leg. 4. §. fin. ff. dicit. tit. modo deficiat alia actio E. G. legis Aquiliæ adversus eum, qui causam culpa sua dedit incendio. In his similibusque casibus, modo de recepta huiusmodi extensione constat, locum habet imploratio officii iudicis. Audi Lauterbac. de aquilar. & extension. leg. Rhod. & J.

(Nihilominus lit. A. pag. 242. col. 2. satis superque circa præcedentes assertiones sit pertractum, nec hic omnium quæ tit. 9. part. 5. & tit. ex 28. ad 38. lib. 9. Recop. Ind. recensentur, insinuat. Quatuordecim leges primus amplectitur, in prima, de patronis, naviumque magistris, ac eorum obligationibus, atque am ven to dare vela sit intentum, agitur: In secunda, de conventionibus quæ servandæ, si interponantur: an qui in mari delictum commiserit, ibi puniendus, & quid, si delinquens ex illa fuerit, in navigatione servitium aliquo præstabitur: In tertia, de robis causa tempestatibus iactatis, cujus sit periculum: In quarta, & quinta, navigantes, si ob eandem causam, vel casu damnum aliquod antennæ, arbori, seu velamini irrogerit, quomodo teneantur: In sexta, qua forma in rerum ejectione est præjudicium dividendum, licet navis forte fuerit postea submersa: In septima, ex iactu in litore rerum reperituram cujus sit dominium: In octava, de methodo damni partitionem efficiendi, si detur mercium amissio, cum lintribus seu scaphis, portuum ad ingressum levandæ seu exonerandæ navis causa, imponentur: In nona, de damnis, quibus sunt obnoxii didi patroni, si sua culpa obvennerint: In decima, de penis, quæ sunt plectendi omnes navarchi, nautæ fraudulenter vasa maritima gubernantes, ut dum divitiæ in eis multæ inveniuntur, furandi detur occasio: In undecima, de eis, qui depradandi causa, prope ripas existentes, ignes dolose incendunt, periculum ut suboriantur, furtumque faciant: In duodecima, de damni partitione à cursariis, seu piratis causati: In decima tertia, de rationibus, ob quas possunt res recuperari, si ab ipsimet piratis fuerint ablatae seu derelictæ: In decima quarta, de iudicibus ad loca maritima designatis, & iudiciali cognitione quam habent in rebus prædictis. In corpore legislativo Indico tractatur de omnibus; ad navium constructionem, instructionem, armamenta, magnitudinem, classes, mercium recognitionem, nauticam, earum facilem exitum, onerationem, exonerationem, navigationem, expeditionem, navigia ad portum impulsa, evensa, atque dispersa, spectantibus.

NECESSITAS.

SUMMARIUM.

- 1 Necessitas alia est mediæ, alia præcepti, & alia mediæ, & præcepti simul.
- 2 Necessitas mediæ quæ sit.
- 3 Necessitas præcepti quæ sit.
- 4 Necessitas mediæ & præcepti simul quæ sit.
- 5 Necessitas proximi, sive spiritualis, sive corporalis, est triplex, scilicet extrema, gravis, & communis.
- 6 Necessitas spiritualis extrema quæ sit.
- 7 Necessitas spiritualis gravis quæ sit.
- 8 Necessitas spiritualis communis quæ sit.
- 9 Necessitas corporalis extrema quæ sit.
- 10 Necessitas corporalis gravis quæ sit.
- 11 Necessitas corporalis communis quæ sit.
- 12 Alia hujus triplicis necessitatis clarior descriptio, remissive.
- 13 In extrema necessitate est obligatio sub mortali succurrendi proximo etiam ess. necessariis aliquo modo ad statum proprium.
- 14 Hinc pauper in extrema necessitate jure natura potest tollere sibi necessaria sufficientia ad subvendant talem suam necessitatem à quolibet riu-milem necessitatem non patiente, nec postea ad pin-



- 40 tudine periculi major, vel minor appellatur. Atque necessitas absoluta, si periculum nullo alio modo evitari potest, quam lege violata, & respective, si alius quidem homo, at non hic homo, qui in illo versatur, declinare queat.
- 41 His notatis, videndum nunc quinam sit favor necessitatis.
- 42 Leges vel sunt divinæ, vel humanæ, æque vel agentis, vel negantes. Porro leges humanæ regulariter intelligendæ sunt cum exceptione necessitatis.
- 43 Idemque dici debet de legibus divinis agentibus, nisi forte intermissio actionis ita sit comparata, ut tendat in injuriam Summi Numinis; tunc enim simul concurrat lex negans, quod nihil in Dei ignominiam sit faciendum. Quo refertur factum *Danielis*; Dan. VI. 10.
- 44 Leges divinæ negantes, vel respiciunt ipsum Deum, vel nos ipsos; vel alios homines. Exceptionem necessitatis minime admittunt leges negantes, quæ Deum respiciunt; nec aliud dicendum de legibus negantibus, quæ respiciunt nos metipsos. Quod vero attinet ad leges negantes, quæ alios homines respiciunt, si necessitas sit à Deo, admittunt eæ exceptionem necessitatis, si de conservatione nostri ipsius agatur, non item si de perfectione nostra, ac felicitate tuenda, & amplificanda.
- 48 Sin autem necessitas sit à malitia hominum; aut illi agunt, ut pereamus, aut ut necessitatem peccandi nobis imponant. Priori casu locus est favori necessitatis, nequaquam vero posteriori.
- 49 His perpenis regulis facile erit judicare de favore necessitatis in casibus particularibus; vide tamen, qui de his latius agunt, Thomasmum *Jurispr. divini. lib. 2. cap. 2. §. 130. & seq. Tit. ad Puffendorf. de offic. hom. & civ. observ. 141. Barbeyrac. ad eundem Puffendorf. de jur. natur. & genti. not. 5. & plur. seq. aliosque.*

NECROMANTIA.

Vide verb. Superstitio, num. 15.

NEGOTIA AD ECCLESIASTICOS pertinentia.

- 1 **I**n ditione Pontificia pro negotiis ad ecclesiasticos pertinentibus in publicis consiliis quoruncumque locorum, deputandi sunt duo ecclesiastici, unus ex Clero seculari, alter ex regulari, & ambo à seculari, si desint regulares, interpellandi toties, quoties pertractandum est aliquid ad ipsos pertinens, ut intersint in fisdem consiliis cum suffragio consultivo dumtaxat: cum facultate tamen recurrendi, si laici contrarium resolverint; si vero neglexerint interesse, non inde invalidum erit quidquid in dictis consiliis decretum fuerit. Vocandi sunt etiam quando redditur ratio expensarum, quæ ab eisdem ecclesiasticis tolerantur, eisque communicandi in loco designato à Gubernatoribus, non verotradendi libri computorum, cum facultate pariter recurrendi ad superiores, si quid iniustum in illis deprehenderint. Sic statuit Benedict. XIV. 29. Jul. 1772. const. *incip.* Quamvis: (Vide verb. Clericus.)\*\*

NEGOTIATIO.

- 1 **N**EGOTIATIO an, quomodo, & quando sit prohibita, vel non, Clericis, & Religiosis, vide verb. Clericus art. 3. per totum, ubi late de omnibus.
- 2 Negotiatio Clericis interdicta, etiam sub alieno nomine; Benedict. XIV. tom. 1. const. 13. *incip.* Apostolicam: Et ubi hæreditario jure, aut aliâ ad eos delata fuerit, dimitti debet; idem *ibid.* §. 2. Quatenus continuari possit ad tempus, vide tom. 2. verb. Clericus art. 3. in fine, ubi datur summariæ dictæ constitutionis.

\* Constitutiones adversus Clericos negotiatores innovantur, & extenduntur ad Clericos etiam sub laici nomine quomodolibet negotiantes. Benedictus XIV. const. *inc.* Apostolica servituti: tom. 1. Bullar. n. 18.

Extenduntur item ad negotia à laicis inchoata, deinde ad Clericos devoluta, sive hæreditario jure, sive quocumque alio titulo, sive singulariter, sive communiter, sive separatim, sive conjunctim cum aliis bonis, coheredibus, vel sociis laicis existentibus.

Comprehendi etiam censentur illi Clerici, qui per seipsos, eorumque nomine proprio, vel per alios, aut alieno nomine etiam per suos coheredes, ac socios negotium exercent.

Hos omnes subjicit Pontifex quoad bonæ ac acquisita pœnis in constitutione Pii IV. quæ *inc.* Decens esse: quæ est 19. inter Bullas ejusd. Pontificis. Pœnæ illæ sunt, ut bona sic acquisita sub spoliis debitis Camera Apostolicæ comprehendantur.

Si qui vero exempti sunt à pœna spoliatorum ex constitutionibus Pii IV. *Romanus Pontifex*, & Pauli V. *Invenienti*, illos pariter non exemptos quoad bona ex negotiatione provenientia decernit, atque declarat in cit. constitutione *Apostolica servituti*.

Negotiatio tempe impropria non est Clericis interdicta, ut ex gr. manum suarum labore, & honesto artificio victum sibi comparare, quod à Apostolo Paulus suo exemplo docuit, & à SS. etiam Monachis præstitutum est. De *synodo diacon. lib. 7. cap. 49. §. 2.*

Licetum est etiam Clericis vendere res collectas ex propriis prædiis, sicut & eas, quas coemerunt ad familiæ suæ sustentationem, quæ si superflua, vendere possunt carius, quam emerint, infra limites tamen justæ pretii. *Ibid.*

Plura si cupis, vide tom. 2. verb. Clericus, art. 3. ubi fuse de hac re tractatum est, atque sub num. 91. adducitur novissima constitutio Clementis XIII. merito observanda. \*

NEOPHYTI.

\* NEOPHYTI ad Sacros ordines non sunt promovendi, nisi prius de eorum constantia in vera nostra Fide constiterit. Concil. Nicænum Canon. 2. *ibi*: Nam, & tempore opus est ei, qui catechizatur, & post Baptismi probationem quâ plurima. Et in Canon. 3. *Arabic.* ab Echelensi edito, *ibi*: *Quicumque recens baptizatus fuerit, cuius Fidei adhuc non dignoscitur experimento certitudo, ne Episcopos, aut Presbyteros, aut Diaconos ordinetur.* Benedict. XIV. de synodo diocesana *lib. 7. cap. 65. n. 6.* Ubi subjungit, quod ad id dignoscendum quantum temporis requiratur, est incertum, cum nullum de hac re sit certum tempus à jure definitum, adeoque ut volunt Covarrubias, & Gibalinus de *Irregularitate cap. 3. q. 3. & alii*, videtur id relinqui arbitrio, & prudenti Episcopi serio expendentis mores & constantiam in fide jusque Neophyti.\*

NOVUS ARTICULUS.

Hujus novissimæ editionis à Theologo concinnatus.

**N**ihil habet Ferrariana Bibliotheca in articulo *Neophyti*, præter duo, eaque sane non magni momenti, ab opere de *synodo diocesana* Benedicti XIV. excerpta, etiam multa ad Neophytos spectantia, notat dignissima occurrant, quæ suum pluteum in hac referentissima bibliotheca occupare merentur. Quapropter integrum articulum ad laborem statui, in quo nonnulla haud contentenda indigitare pergam.

*Neophytus* à duplici græca dictione *Néon* & *Phyton*, nova planta, idem est ac recens constitus. Sumitur pro eo, qui nuper ecclesiasticum statum amplexus est, vel Religionem est ingressus. Communis tamen per Neophytum intelligitur ille, qui recens ab infidelitate statu egressus, sacris Baptismatis undis est regeneratus.

Isti sunt novæ plantationes in domo domini, quas semper maximi fecit Ecclesia, nunc vero, pro dolor illi qui olim vocabantur (ut verbis utar auctoris sermonis olim inter Augustinianos 157. de tempore, num. 172. in *Appendice novella germina, sanctissimæ regnerata ex aqua & spiritu, germen pium, examen novellum, flos nostri honoris & fructus honoris, gaudium & corona mea*; adeo sunt vulgo despecti, & abjecti, ut fortasse inter maxime reputetur injuria Neophytum quemquam vocitare, iique qui Dei gratia illuminati, superstitione relicta, christianæ Religionis nomen dederit, Dei donum occultare cogantur. (Vide *lit. H. pag. 214.*)

Privilegia Neophytis concessa à Paulo III. & à Clemente XI. confirmata, vide *verb.* Hebræus tom. 4. pag. 197.

Hæc porro, ceteraque omnia privilegia in favore Neophytorum aliâ à sancta Sede emanata, Sanctissimus Dominus noster CLEMENS PAPA XIII. probe sciens, infidelium conversionem inter apostolos instituta primum obtinere locum, novissime confirmavit suo chirographo à Eminentissimum Dominum Cardinalem Nigronum Prosecretorem dato die 26. Octobris 1766., in quo inter multa hæc statuit. "I. Quod in futurum, ac perpetuis futuris temporibus Neophytorum Judæi, eorumque receptorie domus, Ecclesie, & Universitatis, ac locorum piorum annexorum in causis civilibus passivis moritis, & movendis, sit Illustrissimus, & Reverendissimus D. Almæ Urbis pro tempore vices gerens. III. Quod Neophyti à quibuscumque censibus, taxisque ab artium statutis præscriptis sint exempti, earumque artium, ac Universitatum onera atque munera subire minime teneantur, eisque solitæ literæ patentales gratis concedantur. V. Quod sint immunes à taxis, & licentiis tribuendis viarum cum illa amplitudine & respectiva limitatione exemptionis, quæ fuit jam declarata in decretis Congregationis particularis deputatæ à san. memor. Clemente Papa XI. VIII. Quod dictum est pro Neophytis, intelligatur etiam pro Neophytorum filiis primi gradus, & pro maritis Neophytorum, filiarumque primi gradus Neophytorum."

4 Collegium ecclesiasticum adulescentium Neophytorum instituit Greg. XIII. causam erectionis hujus Collegii explicat S. Pont. in Bulla *incip.* Vices ejus, quæ ejus est LXXIII. tom. 4. *part. 3.* Bullarii, *pag. 346.* his verbis: "Ut non modo Hæreticorum, sed eorum etiam qui infidelitatis tenebris ambulantes misere pererunt, præsertim Judæorum conversionem, veramque salutem exoptare ac totis viribus querere non cessemus."

"Proinde Fidei Christianæ propagationi, & incremento hujusmodi quantum possumus incumbentes, atque tam saluti, & eruditioni eorum puerorum, & adulescentium, qui ex Judæorum, Turcarum, & Maurorum similitudine Mahumetanorum genere nuper ad Christi Fidem conversi sunt: ..... providere volentes, DEB. EX HIS PROBANTE OPERARI AD OPUS EVANGELII PREDICANDI, QUI IN IPSA URBE CETERISQUE ITALIÆ LOCIS, ATQUE ADEO IN OMNIBUS TERRARUM ORBIS PARTIBUS, IN QUIBUS JUDÆI, ET INFIDELIS DEBUNT, CHRISTIANÆ FIDEI MYSTERIA, ETIAM PROPRIA ILLORUM LINGUA, SIVE HEBRÆA, SIVE ARABICA EXPLICARE, DOCTRINÆ, ET PREDICANDI FORSSINT ET VALEANT, nihil opportuni esse censuimus, quàm proprium Collegium ad eosdem instituendos erigere."

Concedit deinde privilegia amplissima ad instar studii Generalis Almæ Urbis.

5 Hinc audacia retunditur duorum Protestantium scriptorum, scilicet Jo. Christophori Wagensellii, & Jacobi Basnagii, viroorum ceteroquin doctorum, qui Ecclesie Romanæ impetendæ pruritu nunquam non exstati, Apostolicam Sedem calumniantur, ac si Judæorum conversionem omnino posthaberet. Primus in præfatione ad opus, cui titulus: *Tela ignea satanae* Altorffii 1687. p. 89. hæc contumeliose erudit: "Videram Romæ illas magnificè angustasque ædes, quibus Collegium Propagandæ Fidei nomen, unde tamquam ex alveari quocumque terrarum provolant... pag. 91. An non per omne Turcicum Imperium; per Persiam; totamque Africam dispersi agunt infiniti Judæi informationis in-

FERRAR. BIBLIOTHA. TOM. VI.

vidigi? Sed horum quoque in gratiam quemquam Missionariorum iter aliquando ingressum esse, nunquam fando accepimus... Certum tamen est nihil rigidius, & negligentius Romanum Clerum tractare, quam Judæorum conversionis negotium." Alter vero *Histoire des Juifs à P. Haje 1716. tom. 9. part. 2. vol. 14. pag. 546.* non minus audacter Romanam Sedem impetruit. "Quoque Saint Pierre ait été l'Aporre des Juifs, & que ces successeurs marchant sur les traces de cet Apotre, eussent donné tous leurs soins à la conversion de ce Peuple, ils ne laissent pas des les négliger beaucoup." Hæc illi, non minus impudenter, quàm falso.

6 Faxit Deus, ut ecclesiasticum Neophytorum Collegium è pulvere reviviscens, juxta Pontificis institutorum mentem, fructus uberes in Judæorum, Mahumetanorumque gente producat, ut os iniqua loquentium obstruat.

7 Neophytis ad fidem conversis Venetiis in loco pio catechumenorum permissum matrimonium contrahere cum fidelibus, absque interpellatione prioris conjugis infidelitate relicti, arbitrio Nuntii Apostolici Venetiis existentis. Benedict. XIV. const. CXVII. *incip.* In *suprema* tom. 1. Bullarii sui, *pag. 483.* dummodo Prefato Nuntio summariæ, & extrajudicialiter constet, conjugem absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus in monitione præfixam suam voluntatem significare neglexisse.

8 Libellum repudii non licet Judæis ad Fidem conversis dare uxoribus in Judaismo remanentibus. Ben. XIV. in const. *incipiunt.* Apostolici XXXVIII. tom. 2. Bull. *pag. 330.*

9 Neophytus, si repudiū libellum Rabbincis superstitionibus inveniat dedisse uxori nolenti se convertere, in eum, tamquam *Judæum*, animadvertendum esse statuit. *Ibidem*, *pag. 331.*

10 Si autem id fecerit coram Notario, & testibus christianis; minori pœna plebendus erit. *Ibidem.*

11 Contingit sæpenumero, ut ex conjugibus infidelibus vir Catholicam Fidem amplectatur, uxore in sua infidelitate remanente. Disputatum non minus frequenter fuit, an uxori volenti in sua perseverare infidelitate, cogendus sit vir ad dotis munerumque nuptialium restitutionem. Nulla hucusque prodiit, quod sciam; aliqua authentica hujusce controversiæ definitio. Quamobrem non abs re fore confido, si hic eam breviter ventilandam aggrediar, ut morem geram viro mihi necessitudine conjunctissimo, qui eandem profunde examinavit, mihi que disquisitiones suas benigne suppeditavit.

12 Primus, qui in prædictum viri conversi questionem determinavit, seu potius dubitare cepit circa contrariam sententiam, videtur fuisse Baldus junior in suo opere *de Dotæ, dissert. 21. num. 47.* Sed *vidi*, inquit, *aliâ dubitatam, ut Infidelis puta Judæus uxorem conversus est ad Fidem, uxore remanente in Judaismo, debeat rehære dotem suam.* *Ibidem* *notat Baldus* *si non* *rehabere*

13 Eum secutus est Everhardus junior tom. 1. *const. 36. num. 3.* ubi relata Baldi opinione, concludit: *Quam sententiam probo.* Alios fortasse, qui eidem opinioni subscriperint, recensere non erit difficile. At cum non queramus, quid hic, aut ille senserit, si quidem summo juri ad hæere, quantum fieri potest, intendimus, hinc supervacaneum esse arbitror, in aliis auctoribus perquirendis tempus insumere.

14 Oppositam nunc sententiam perscrutandam assumo; de cujus certitudine dubitari non posse existimo. Dico itaque, quod si casus contingat, virum infidelem Christianam Religionem amplecti, & uxorem in sua infidelitate persistere, nullatenus posse primum obligari ad dotis, munerumque dotalium restitutionem. Quam quidem assertionem ita probo.

15 **E**x Jure canonico firmum statutum quæ manet sequens principium, scilicet exposito in casu infidelem uxorem censeri repudiare maritum. *cap.* Si infidelis 28. *questi. 21.* "Si Infidelis (inquit) discedit odio Christianæ Religionis, discedat; non est enim frater aut soror fidelis subjectus servituti: non est enim misso peccatum propter Deum, si aliâ se copulaverit. Contumelia quippe Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum qui reli-